

fit à Jurisdictione simpliciter; quando tamen Jurisdictione non potest obtinere suum intentum sine Imperio, cui mandata est Jurisdictione, ceteri etiam mandatum Imperium mixtum, l. fin. ff. de officio ejus cui mandata est Jurisdictione.

Imò extendunt etiam ad connexa quae quidem separari possent, sed communiter consensuntur ad id quod mandatum est, v. g. cui emptio vel locatio est mandata, nisi excipiatur, censetur etiam mandata exactio pretii vel mercedis aut pensionis: argumento legis. l. ff. §. 12. ff. de exercitoria act. ubi dicitur: vel si ad locandum tantum, non ad exigendum, quibus verbis fiebat exceptio: ad exigendum ergo si non excipitur, subintelligitur.

Obijci tamen solet lex 13. pr. ff. de Passis, & lex 86. ff. de solut. ubi dicitur, pecuniam debitam non posse exigi à procuratore seu mandatario. Sed facile respondetur, ex ipsa lege constare, semonem esse de procuratore ad litem dato, in quo est specialis ratio, quae obstat illi, quo minus exigere possit pecuniam debitam, nempe quia non habet actionem Judicati, absurdum autem est (inquit lex 86.) cui judicari actio non datur, ei ante tem judicatum solvi posse, & additur. Si tamen ad hoc datus sit, ut & solvi possit, solvendo eo liberabitur. hoc est, reus conventus satisfacet, illi solvendo.

Quamvis, ut dictum est, qui finem mandat censetur quoque media necessaria mandasse, non tamen e contrario qui mandat aliquid medium necessarium ad finem aliquem obtinendum, hoc ipso etiam sine mandasse censetur, nisi consuetudo aliud haberet. Exemplum hujus habetur in cap. 64. de appellationibus. ubi procurator ad impetrandum Iudicem constitutus, litem tamen instituire non potest: quamvis Iudicis procuratio sit preparatoria ad litem instituendam.

688. QUÆRITUR 8. An mandatarus possit suas vices alteri committere, seu alteri mandare id quod sibi mandatum est. ad hoc jam supra responsum est, distinguendo inter mandatarium ad lites, & mandatarium ad negotia. Prior non potest, sed bene posterior. l. 8. §. 3. ff. h. t. [Si quis mandaverit alicui gerenda negotia ejus, qui ipse sibi mandaverat, habebit mandati actionem, quia & ipse tenetur: tenetur autem, quia agere potest: quamquam enim vulgo dicitur, procuratorem ante litem contestatam facere procuratorem non posse, tamen mandati actio est: ad agendum enim duntaxat hoc facere non potest.] Itaque in tali casu actio convenit principali mandatori contra illum cui ipse mandavit, & huic e contra. Sed huic contra substitutum convenit etiam directa, non item principali: & substituto convenit contraria con-

tra substituentem, non item contra principalem. Neque refert, quod principalis elegerit industriam personam, nam satis ei consulitur actione directa mandati, si mandatarus non substituit etiam industriam & sufficientem.

CONTROVERSIA VII.

Quinam sint idonei ad mandatum dandum & accipiendum.

SUMMARIUM.

Milites prohibentur mandatum dare vel accipere conducendares aliorum. 689.

Similiter & Curiales. eod.

Item Clerici, & Monachi, quorum tamen actus non essent de Iure Canonico Irrii. eod.

Item procurator ad litem non est idoneus Reipub. causa abfuturus, morbo aut aliter impeditus. 690.

Reus criminis donec crimen purget, prohibetur esse defensor. eod.

An filiusfam. possit dare vel accipere mandatum solvendi pro alio. 691.

An inter patrem & filium possit contrahi mandatum. 692.

An mulier maritali possit mandare fideiussione, eod.

An, ut alius pro alio fideiubeat, mandare possit. 693.

An ejus bona sunt publicata, possit mandare eorum emptionem. 694.

689. REGULA est, omnem eum posse mandare & mandatum suscipere, qui jure non prohibetur. Mandate enim, & mandatum suscipere est ex genere permissorum, sicut de aliis contractibus dictum est. Videndum ergo, quinam prohibeantur.

Primo ergo milites prohibentur dare mandatum vel accipere conducendi res aliorum. l. 31. C. h. t. [Milites nostros alienarum rerum conductores, seu procuratores, aut fideiussores, vel mandatores conductorum fieri prohibemus; ne omnino armorum usu ad opus rustre se conferant, & vicinis graves præsumptione cinguli militaris existant.] Idem habetur pluribus legibus C. de Procuratoribus quas referre non est operæ pretium, quia consuetudo contraria prævalet.

Secundo prohibentur Curiales dare mandatum conducendi res: Curiales autem sunt, qui Curie obstricti sunt. l. 30. C. eod. [Curialis neque procurator, neque Conductor alienarum rerum, neque fideiussor aut mandator conductoris existat: alioquin nullam obligationem neque locatori neque conducto-

ri ex hujusmodi contractu competere faciunt.]

Tertio prohibentur c. 1. ne Clerici vel Monachi. Clerici Conductores secularium rerum aut procuratores esse, & in fine. Nec non & Monachis omnino contradicimus. Prius tamen se declarat Concilium Moguntinum (cujus est illud cap.) Monasterii negotia bene posse per Monachos procurari.

Quo si tamen contravenirent Clerici, eorum actus non viderentur Iure Canonico irritati arg. cap. 2. [Sacerdotibus & Clericis tuis denunties publicè, ne ministri Laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quod si postea facere præsumperint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est eis, ab Ecclesia subveniri, per quos constat in Ecclesia scandalum generari.] Ex quo textu videtur asserendum, quod si negotium esset ejusmodi, quod absque scandalo fieri solet, eò quod ipsi Clerici soleant hujusmodi negotia suo nomine perficere, non esset contra Canones, si etiam in alterius gratiam susciperentur, dummodo non quasi ex officio & communiter in praxim & usum deduceretur. Colligitur etiam ex eo quod Religiosus possit obtenta à superioribus licentia esse executor testamenti, cum ceteroquin prohibetur c. 11. de Testam. in 6. ut suo loco dictum est.

690. Quarto, non censetur idoneus esse procurator ad litem, qui Reipublice causa abfuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, ut propriis rebus præesse non possit, aut magistratum gesturus est, aut in vitus judicium pari non potest, l. 54. ff. de procurat. [Neque femina, neque miles, neque qui Reipublice causa abfuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut Magistratum initurus est, aut in vitus judicium pari non potest, idoneus defensor intelligitur.]

Quinto, prohibetur reo criminis esse defensor, priusquam crimen purget. l. 6. C. de Procurat. [Reum criminis constitutum defensionem causæ suscipere non posse, antequam purget innocentiam suam, incognitum non est.] Idem est de excommunicato. Sed de Procuratoribus ad litem, seu judicialibus erit alius locus agendi.

691. QUÆRITUR 1. De filio in patria potestate constituto, an possit dare vel accipere mandatum solvendi pro alio. R. Possit, si habeat bona, in quibus poterit usum fructum non habet. De cetero cap. 5. de Procurato. in 6. de filio fam. sic habetur §. 1. & 2. [Nedium ad negotia, sed etiam ad Iudicia potest filius familias absque patris assensu fieri procurator. Licet autem quis post decimum septimum annum procurator ad negotia licitè deputetur, ad Iudicia tamen nisi major viginti quinque annorum fue-

rit, deputari nequit.] Denique l. 8. ff. de Procur. & Defens. sic habetur.

[Filius familias & ad agendum dare procuratorem potest, si quæ sit actio, quæ ipse experiri potest, non solum si Castrensium peculium habeat, sed & quivis famulatus puta injuriarum passus, dabit ad injuriarum actionem, si forte neque pater præsens sit, nec patris procurator velit experiri; & erit jure ab ipso filiosam. procurator datus. Ad defendendum quoque poterit filiosam. procuratorem dare.]

692. QUÆRITUR 2. An inter patrem & filium possit contrahi mandatum, v. g. si pater filio mandaverit, ut solvat Titio creditori certam pecuniam, an filius ex mandato teneatur, & possit à patre petere actione contraria, quod Titio solvit?

R. Affirmativè, si quidem solvat filius ex bonis propriis, & non ex profectitis, nam si ex his solveret, non possit à patre repetere, quia solvillet ex bonis patris.

QUÆRITUR 3. Utrum, si mulier matrimonio juncta mandet alicui, ut pro se fideiubeat, ille mandati actione teneatur, & e contra etiam mulier illi. R. Affirmativè. l. 2. C. ad S. C. Vell. ubi ratio redditur. [Nam sicut potest se ipsam alteri principaliter obligare, cum in tem suam se obstringat, sic etiam potest alteri mandatum dare, ut pro ea fideiubeat, & se ipsam obliget creditori. Lex sic habet. [Frustra Senatusconsulti exceptione, quod de intercessionibus feminarum factum est, uti tentasti, quoniam principaliter ipsa debetrix fuisti, ejus enim Senatusconsulti exceptio tunc mulieri datur, cum principaliter ipsa nihil debet, sed pro alio debitore apud creditorem ejus intercessit. Sin autem pro creditore suo alii se obligaverit, vel ab eo se vel debitorem suum delegari passa est, hujus Senatusconsulti auxilium non habet.]

693. QUÆRITUR 4. An possit mulier validè mandare alteri, ut pro alio fideiubeat. R. Negativè, vel potius cum distinctione quæ habetur in lege 32. §. 3. ff. ad S. C. Vell. [Si mulier, ne ipsa intercederet, alii mandavit, ut id faceret, an in hujus persona locus huic Senatusconsulto sit, qui rogatu mulieris id faceret: totus enim sermo Senatusconsulti ad petitionem non dandam adversus ipsam mulierem spectat. Et puto rem ita esse distinguendam, ut si quidem creditor, cui me obligari mandante muliere, hoc in fraudem Senatusconsulti egisset, ne ipsa interveniret contra senatusconsultum, daret autem alium, excludendum eum exceptione fraudis Senatusconsulto factæ. Si autem ignorasset, ego autem scivissem, tunc mandati me agentem cum muliere excludendum esse, me autem creditori teneri.]

694. QUÆRITUR 5. An is, cuius bona sunt publicata, & sicco adjudicata, pos-

lit alteri mandare, ut illa bona emat. Affirmative l. 22. §. 5. ff. h. t. [Is cuius bona publica sunt, mandare alicui potest, ut ea emat, & si emerit, utilis erit mandati actio, si non præstet fidem. Quod ideo receptum est, quia publicatis bonis, quidquid postea acquiritur, non sequitur fideam.]

CONTROVERSIA VIII.

Quenam exigant Mandatum speciale, nec committantur sub Mandato Generali.

SUMMARIUM.

Restitutio petitis requirit speciale mandatum.

An sit inferenda causa specifica petitionis. Excipiuntur, qui habent administrationem alieni patrimonii. eod.

Accusatio requirit speciale mandatum. eod. Contractio matrimonii: quod etiam ad sponsalia extenditur. eod.

Remissio pignoris etiam speciale mandatum requirit. eod.

Item obsecro Interdicti de exhibendis liberis. eod. Item impetratio litterarum Apostolicarum ad lites. eod.

Item alienatio rerum mandantis. eod. Item transactio & liberatio adversarii. eod.

Item delatio vel prestatio iuramenti requirit speciale mandatum in non habente generale mandatum. eod.

Denique exactio pecunie à procuratore generali. eod.

Dictum est supra, aliquos esse casus, qui non comprehensimur cententur sub generali mandato simpliciter (hoc est sine clausula cum libera) facto, quos nunc breviter referam.

695. Primò itaque restitutio in integrum meo nomine petenda, requirit speciale mandatum. Habetur lege 25. §. 1. ff. de minorib. [Si talis interveniat juvenis, cui præstanda sit restitutio, ipse postulante præstari debet, aut procuratori ejus, cui id ipsum nominatim mandatum sit, qui verò generale mandatum de universis negotiis gerendis alleget, non debet audiri.] Et de hoc est intelligenda lex unica C. etiam per procuratorem, &c. Causam in integrum restitutionis, si qua competit, etiam per Procuratorem agi posse placet. Ratio ob quam generali procuratori hoc denegatur, est, quia petitio restitutionis in integrum tendit ad invertendum factum illius qui restituitur: atqui procuratori absque speciali mandato non licet impugnare factum sui principalis, ut notat glossa in l. 30. ff. h. t. Ceterum Bocerius n. 16. & alii hoc limitant, nisi solum incidenter, &

non principaliter in iudicium deducatur, & ita iudicium esse in Camera Spirensi restat Mynfinger cent. 2. obs. 26. & est communis teste Abbate in cap. suscitata de restitutione in integ.

696. Quæritur est, an in speciali mandato restitutionis in integrum sit specificè inferenda causa, ob quam petitur restitutio. Affirmant aliqui. Sed alii communis assensu, satis esse, si in procuracionis instrumento inferatur hæc clausula: *Et ad petendam in integrum restitutionem constitutus est talis procurator.* Nec requiritur, ut causa tractanda sit nominatim expressa, exceptis quibusdam casibus, qualis est ad eundem hereditatis, & matrimonii: idque propter grave præjudicium quod in his casibus subest.

Advertit tandem idem Mynfinger, Tutorem Curatorem, Oeconomum, Prælarum, ac cæcos habentes administrationem alieni patrimonii, absque mandato speciali restitutionem in integrum postulare posse, nam & sine mandato speciali juramentum calumnie præstant, cum tamen aliquo speciale mandatum requiratur, imò ab ipsis principalibus personis præstandum sit. l. 2. C. de iurjurando propter calumniam. Sed hoc aliò spectat. In Iure Bavarico habetur *Gerichtsordnung* tit. 5. a. 17. & in Iure Can. c. ult. de iuram. cal. in 6.

Secundò, speciale mandatum debet habere ille, qui ex alterius mandato vult accusare aliquem in causa fame, v. g. tutorem tanquam suspectum: arg. legis 39. §. ult. ff. de procuratorib. ibi. [Sed non facile per procuratorem quis suspectus accusabitur, quoniam fame causa est, nisi constet ei à tutore mandatum nominatim, aut, si etiam absente tutore, quasi non defenderetur, prator erat cogniturus.]

697. Tertio, speciale mandatum requiritur ad contrahendum nomine principalis matrimonium, quod idem merito ad sponsalia extenditur. l. 34. ff. de iur. nupt. *Generalis mandato querendi mariti filie fam. non fieri nuptias, rationis est, Imò mandatum hoc non sufficit esse speciale quomodocunque, sed debet versari circa determinatam personam, ut patet ex sequentibus verbis. Itaque personam ejus patri demonstrari necesse est.* Ratio est, non solum gravitas negotii, sed etiam, quia procurator ad nuptias contrahendas non est strictè loquendo procurator, prout procurator distinguitur ab Internuntio: nam procurator strictè sumptus ita contractus celebrat, ut ipsemet actiones acquirat, & contra eum actiones dentur, quod non verificatur in internuntio, nec in contrahendo matrimonio.

Quartò requiritur speciale mandatum ad remittendum jus pignoris aut hypothecæ. l. 2. §. 1. ff. Quibus modis pig. solvitur. [Videbimus, si procurator omnium bonorum consensit, vel servus actor, cui & solvi potest, & in id positus est, an teneat consensus eorum. Et dicendum est, non posse, nisi specialiter hoc eis mandatum

est.]

CONTROVERSIA IX.

Quid virum habeat Mandatum cum LIBERA.

SUMMARIUM.

Quid significet & operetur clausula: Cum libera.

Equivocatio Donelli derogatur. 701.

Intellectus legis 17. §. fin. ff. de iurevit. §. 1. 11. §. fin. cum l. 12. ff. de pignor. actione. eod.

An mandatum cum libera: se extendat ad omnia illa negotia, que alioquin speciale mandatum requirunt. 702.

Intellectus legis 60. §. 4. & in fine. ff. Mandati. eod.

An, qui unum excipere, censeatur cetera cum libera mandasse. eod.

An procederet in illis que mala fide agerentur. 703.

An tali mandatario liceret donationes facere. eod.

An, si illi solveretur Indebitum, posset repeti. 704.

700. **M**andato generali aliquando additur clausula: *cum Libera.* quæ significat idem quod: *cum plena potestate:* ac si nominatim omnium negotiorum mandatum datum esset, prout ex legibus deinceps referendis constat.

Qui habet generale mandatum ad omnia negotia absque illa clausula, solum habet bonorum administrationem. Qui verò habet *cum libera*, potest omnia illa, que verosimiliter ipse Dominus facturus esset, si illi occasio offerretur, adeoque potest alienare, vendere, exigere a alienum & alia, novare, solvere creditoribus, &c. §. 43. *Inst. de Rer. divis.* [Quæ ratione si cui libera universorum negotiorum administratio permissa fuerit à Domino, isque ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit, faciet eam accipientis.] l. 58. ff. de Procuratorib. [Procurator cui generaliter libera administratio rerum commissa est, potest exigere, aliud pro alio permutare. sed & id quoque ei mandati videtur, ut solvat creditoribus.] Et alius iuribus præced. Contr. adductis, ubi hujus mandati sit mentio.

701. Donellus, nihil motus Iuris textibus adeo claris, impugnat divisionem mandati generalis in *cum libera*, & *sine libera*. Primò, quia mandati generalis executio non potest esse nisi libera, hoc ipso quia se ad diversa extendit, utique liberè eligitur modò hoc modò illud. Sed hæc est æquivocatio in voce *Libera*, & aliud esse liberum inter disparata, & esse liberum ad opposita; sic qui habet præceptum naturalem sumendi cibum, liber quidem est ad hunc vel illum cibum, sed non ad comedendum vel non comedendum sic potest mandatarius esse liber ad hunc, vel illum fundum elocandum, non tamen ad non elocandum, si administratio requirit locationem.

ff

sed

est.] Ratio est, quia remissio pignoris est quedam virtualis donatio & alienatio, ad quam speciale mandatum requiritur postea dicitur.

Quintò, requiritur speciale mandatum ad obtrudendum interdictum de liberis exhibendis l. 30. pr. ff. de procuratorib. ibi. [Denique ut liberi, qui in potestate absentis dicuntur, ducantur, interdictum non posse desiderare ait, nisi causâ cognita: id est, si & nominatim ei mandatum sit, & pater valitudine, vel aliâ iustâ causâ impediatur.]

698. Quintò, requiritur speciale mandatum ad impetrandas litteras Apostolicas ad lites, c. 28. §. sunt & alii. de rescript. ibi. [Sancimus, ut si aliquis super aliqua questione de cetero sine speciali mandato domini litteras Apostolicas impetrare præsumpserit, & litteræ illæ non valent, & ipse tanquam falsarius puniatur: nisi fortè de illis personis exstiterit, à quibus non debet exigi de iure mandatum.] Nempe ex personis conjunctis. Ceterum, Gregorius Tholosanus, (& ex eo Laym in hoc cap.) testatur, in Curia Romana vix aliquem hujus canonis usum esse. Siquidem Procurator generalis absque speciali mandato rescriptum ad lites impetrare potest nomine proprio, eo modo ac jure, quo etiam ad agendum in iudicio admittendus est absque speciali mandato, exceptis iis casibus que speciale mandatum requirunt. Navarrus etiam apud eundem ait, in Romana Curia parùm curari de exceptione defectus mandati ad impetranda rescripta etiam ad lites.

Sextò, ad alienandas res mandantis requiritur speciale mandatum. l. 63. ff. de Procurat. [Procurator totorum bonorum, cui res administrandæ mandate sunt, res Domini neque mobiles, vel immobiles, neque servus (glossa rectè legit *Servos*) sine speciali Domini mandato alienare potest, nisi fructus, aut alias res, que facillè corrumpi possunt.]

Septimò, requiritur speciale mandatum ad transigendum, & liberandum adversarium. l. 7. C. de Transact. [Transactionis placitum ab eo interpositum, cui causæ actionem, non decisionem litis mandasti, nihil petitioni tua derogavit.]

699. Octavò, requiritur speciale mandatum ad deferendum, vel præstandum juramentum in eo, qui non est Administrator omnium bonorum. l. 17. §. 3. ff. de iurjurando. [Procurator quoque quod detulit, ratum habendum est, scilicet si aut universorum bonorum administrationem sustinet, aut si id ipsum nominatim mandatum sit, aut si in rem suam Procurator sit.]

Nonus casus habetur lege 47. ff. de Procuratoribus. [Qui duos Procuratores omnium rerum suarum relinquit, nisi nominatim præcepit, ut alter ab altero pecuniam petat, non videtur mandatum utriusque coram dedisse.]

scā neque ad vendendum, etiam si venditio utilior videretur, quam locatio.

Objicit 2. Sæpè in iure comparantur inter se, is qui habet administrationem omnium honorum, & qui habet mandatum speciale, & quod conceditur posteriori, conceditur priori. Ergo etiam, adijcitur: cum libera: nihil amplius potestatis conferretur: quia non potest mandatum esse magis indubitatum, quam speciale. Antecedens probatur ex l. 17. §. fin. ff. de iurjur. [Procurator quoque, quod detulit, ratum habendum est, scilicet, si autem universorum bonorum administrationem sustinet, aut NB. si idipsum nominatim mandatum sit, aut si in rem suam Procurator sit.] l. 11. §. fin. junctâ. l. 12. ff. de pignor. act. [Si Procurator meus, vel tutor rem pignori dedit, ipse agere pignoratitiâ poterit: quod in Procuratore ita procedit, si ei mandatum fuerit pignori dare NB. vel universorum bonorum administratio ei permisa est ab eo, qui sub pignoribus solebat mutuas pecunias accipere.] Item l. 12. ff. de pacifi. Nam nocere constat, si ei mandavi, ut pacificeretur, si ve omnium rerum mearum Procurator fuit. 2. Hos omnes textus esse intelligendos, ut eos intellexit Bonifacius Pontifex c. 4. de Procuratorib. in 6. nempe de generali cum libera. sic loquitur. [Qui ad agendum & defendendum ac generaliter ad omnia (etiam si mandatum exigat speciale) constituitur Procurator, ex vi generalitatis hujusmodi ad aliquem articulum, in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet. Sed si aliquis vel aliqui de articulis speciale mandatum exigentibus specificati fuissent, adjectâ clausulâ generali, tunc ad non expressos etiam admitteatur. Procurator quoque absque speciali mandato juramentum deferre, transigere vel pacisci non potest, nisi ei bonorum vel causâ administratio liberè sit concessa.]

Objicit 3. Si mandatum cum libera plus conferret potestatis, quam mandatum generale, sequeretur, quod posset pro libitu gratiari in bonis mandantis, ea donando, & prodigendo, &c. uno verbo, alienando, ubi non expedit. Hæc tamen obiectio vis meretur responsum: non enim ille sensus est particulæ cum libera, sed, ut possit bonâ fide procedere, prout judicaverit expedire mandanti, quam potestatem non habet generalis administrator, sed magis restrictam ad puram administrationem, salvis iuribus, ut satis superque jam supra declaratum est.

Gravior Controversia est, utrum Mandatum generale cum libera se extendat ad omnia illa negotia, quæ alioquin speciale mandatum requirunt, & præcedente Controversiâ sunt relata: ijs semper exceptis, in quibus Procurator potius habet personam internuntii, quam Procuratoris strictè dicti, ut est causâ Matrimonii contrahendi.

702. Negativam tenent Treutlerus vol. 1. diff. 27. th. lit. A. & Nicolaus Mozzius c. 2. n. 46. Affirmativa est communissima, & probatur ex hæctenus adductis Iuribus, in quibus ea quæ speciale mandatum requirunt, etiam illi Procuratori conceduntur, qui habet mandatum cum libera. Sic illi conceditur deferre juramentum. l. 17. ff. de iurjurando. jam supra relatâ. Sic illi conceditur transactio. l. 38. ff. de Procuratorib. etiam supra relatâ. Ergo idem de cæteris dicendum est. quia non est major ratio de uno, quam de altero, prout satis exprimitur in formula, quæ habetur lege 60. §. 4. ff. h. t. [Concedo tibi de omnibus meis, ut vis negotiari: si ve vendere vis, si ve pacisci, si ve emere, si ve quodcumque operari, ut Domino omnium meorum: me omnia firma esse à te facta existimante, & non contrarium dicente tibi ad ullam operationem.]

Posset tamen ex hoc ipso loco obijci id quod habetur in fine. Item quero, an cum Seius, (qui erat Mandatarius) Magistratu functus debitor existisset, Lucius Titius (Mandator) eo nomine conveniri possit, vel res ejus obligate essent, propter verba Epistole supra scripta. Respondi, neque conveniri posse, neque res obligatas esse. Ergo tale mandatum non æquivaleret speciali mandato, alioquin cur non essent res obligate, quæ Seius ex mandato obligaverat? Verum, responderet tibi ad hæc objectionem glossa, debitum Seij, de quo est sermo, non fuisse debitum ex contractu & mandato inito cum aliis, sed debitum ex delicto commissio in Magistratu. Baldus in addit. videtur intelligere, & probabiliter, de obligatione bonorum Mandatoris pro facto proprio Mandatarii, quod utique non licet, quia administratio conceditur in bonum Mandatoris, non Mandatarii.

Objicit Mozzius instantiam Matrimonii, sed ad illam jam est responsum, quod talis agat potius personam Internuntii, & sanè ne quidem speciale mandatum sufficit, v. g. quo diceret: committo tibi, ut mihi ducas uxorem. Sed requiritur expressio personæ, ut supra dictum. Hæc itaque non est, proprie loquendo, exceptio à regula generali (ut putat V V utrumvis) sed est de subiecto non supponente (ut Philosophi loquuntur) hoc est, versatur in materia quæ non est capax Procuratoris strictè sumpti, ut supra plenius explicatum est, & traditur à P. Molina d. 551.

Hujusmodi Mandatum cum libera censeatur facere ille, qui in generali mandato exciperet unum quod requirit speciale mandatum: hoc ipso enim censeatur reliqua omnia etiam in specie committere, quia exceptio firmat regulam in non exceptis, & unius exceptio est reliquorum quæ non excipiuntur inclusio. Itâ Soarez, & Bocerus.

703. Doctrinam traditam limitant DD communiter 1. Ut non procedat in iis, quæ dolo

dolo aut malâ fide gereret Mandatarius. & hæc limitatio habetur expressè in l. 60. §. ult. cit. ibi. [Quæsitum est, si quid non administrandi animo, sed fraudulenter alienasset, vel mandasset, an valeret? Respondi, eum, de quo quæretur, plene quidem, sed quatenus res ex fide agenda esset; mandasse.]

Limitant. 2. Vt non liceat tali Mandatario donare, nisi in tali occasione, quâ rationabilissimè judicaret, quod ipse Dominus, si præsens esset, donaret. & hoc colligitur ex l. 7. §. 2. de donationibus. ubi speciale concessionem requirit, videtur supponi ijs verbis. [Item videamus, si quis filiosam liberam peculii administrationem concesserit, ut nominatim adijceret, sic se ei concedere, ut donare quocumque possit, an locum habeat donatio? & non dubito, donare quoque rem possit.]

704. Limitant. 3. Sit ali solveretur indebitum, posset repeti à solvente. l. 6. §. i. ff. de conditio: indebiti. Verum, hujusmodi solutio ne quidem speciali mandato committi potest, & si facta sit; iure naturæ repeti potest, de quo actum est alibi.

CONTROVERSIA X.

Quibus modis Mandatum finiatur, & extinguatur.

§ I.

Quomodo finiatur Penitentia seu Revocatione.

SUMMARIUM.

Revocatio scienda est re adhuc integrâ. 705.
Discrimen inter Procuratorem ad Matrimonium, & alios. eod.
An re venditâ, sed necdum traditâ possit, revocatione superveniente, traditio impediri. 706.
Intellectus legis l. 1. §. i. ff. de Except. rei vend. & trad. eod.
Intellectus legis 33. ff. de acquir. vel amitt. poss. eod.
An juramento adjecto de non revocando adhuc efficax esset revocatio. 707.
An in omni mandato sufficit se revocatio innotescat Mandatario. 708.
An possit Mandatarius re adhuc integrâ renuntiare absque causa. 709.
Quomodo communis sententia defendi possit. eod.
An Mandatarius possit ex certis causis intempestivè renuntiare. eod.

CC (0) 33

Christi. Haun. de Just. Tom. I. P.

Posse tam Mandatorem, quam Mandatarium servatis servandis, penitere post mandatum datum & acceptum, jam supra obiter indicatum est, & habetur §. 9. l. h. t. Reçtè quoque mandatum contrahendum, si, dum adhuc integrâ res sit, revocatum fuerit, evanescit. De hoc nunc plenius agendum, & incipiendum à Mandatore.

705. DICENDUM I. Ur Revocatio Mandati sit efficax ad impediendam actionem mandati contrariam in Mandatario, debet fieri re adhuc integrâ, hoc est antequam Mandatarius mandatum exequi cæperit tali actu, ratione cujus interest Mandatarii, habere actionem mandati contrariam ad se indemnem servandum, qualis esset, si sumptus aliquos fecerit. arg. legis 15. ff. h. t. [Si mandassem tibi, ut fundum emeret, postea scripsissem, ne emeret, tu antequam scias me veniisse, emisisses, mandati tibi obligatus ero: ne damno afficiatur is, qui suscipit mandatum.] Ex qua lege patet, quod non sufficeret revocatio secundum se, sed debet innotescere Mandatario, alioquin ejus actus valent perinde ac si nulla revocatio facta esset.

Quare hæc iterum advertendum est ingens discrimen inter Procuratorem ad matrimonium contrahendum, & alios Procuratores: nam mandatum ad matrimonium contrahendum expirat, nullamque vim habet, si antequam celebretur matrimonium, mandator consensum revocavit, & animus mutavit, etiam si hæc mutatio non innoverit mandatario, ut tradunt Theologi. Apud Palao de Sponsalib. d. 2. p. 9. n. 2. & habetur c. 9. de Procur. in 6. Imò simile quid invenio in l. 7. ff. de divorciis. [Si penituit cum, qui libellum tradendum divortii dedit, isque per ignorantiam mutare voluntatis oblati est, durare matrimonium dicendum: nisi penitentia cognita, is qui accepit ipse voluit matrimonium dissolvere.] Alius casus est in manumissionis mandato, & habetur l. 4. ff. de manumissis vindicta. ibi. [Sin autem ignorante filio venisset pater per nuntium, & antequam filius certior fieret, servum manumississet, liber non fit.] Vide iterum apparet, talem esse potius Internuntium, quam Procuratorem strictè dictum, ut supra monui, servitque ad solvendas expeditius objectiones supra postas.

Ratio autem, cur re non integrâ revocari non possit, benè tamen re adhuc integrâ, fundatur in Regula Juris 75. ff. de R. l. Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.

706. Quæsitum est I. An re venditâ, sed necdum traditâ, possit revocatione superveniente saltem traditio impediri; quominus eadè fiat. Ad hoc respondet Papinianus l. 14. ff. de Publiciana in rem act. [Si quis prohibuit, vel denuntiavit ex causâ venditionis tradi rem, quæ ipsius voluntate à Procuratore fuerat distracta, & is nihilominus tradiderit, emptorem inebitur Praetor, si ve possideat, si ve petat rem. Sed quod ju-

Ff 2

dicio

dicio empti Procurator emptori præstitit, contrario iudicio mandati consequetur.] Quid clarior: Et rament contrarium videtur asserere Goufredus in glossa dicens: [Imò si Dominus denunciavit Procuratori, ne traderet, & res tradita sit, ei non nocet exceptio rei venditæ.] Ad quod probandum adducit legem 1. §. 2. ff. de Exceptione rei vend. & traditæ. Sed facile respondeatur, hanc legem loqui, quando statim ab initio prohibuit Dominus Mandatario, ne traderet ante solum pretium. [Si quis rem meam mandatum meo vendiderit, vendicanti mihi rem venditam nocet hæc exceptio, nisi probetur, me mandasse, ne traderetur, antequam pretium solvatur.] Imò iustissimo, quòd etiam superueniens mandatum de non tradendo antequam pretium solvatur, vim haberet, si nihil interesset Mandatarii, rem non tradi, antequam pretium solvatur, cum non sit obligatio sequendi fidem emptoris. Nihil ergo obstat hæc posterior lex illi priori.

Minus adhuc obstat lex 33. ff. de acquirenda, vel amitt. poss. ubi hæredes Mandatoris possunt Procuratori denuntiare, ne rem venditam tradat. & Procuratori solum prohibitam traditionem, quam prius euidem mandaverat, sed re adhuc quoad Procuratorem integrè revocaverat. [Fundi venditor etiam si mandaverit alicui, ut emptorem in vacuum possessionem induceret, priusquam id fieret, non rectè emptor per se in possessionem veniat. Item si amicus venditoris, mortuo eo, priusquam id fieret, aut non prohibentibus hæredibus id fecerit, rectè possessio tradita erit. Sed si id fecerit, NB. cum sciret Dominum mortuum, aut eum sciret, hæredes id facere nolle, contra erit.]

707. Quæres. 2. An juramento adjecto de non revocando, revocatio deinde cum perjurio facta nihilominus efficax esset. & Affirmativè, ex eodem fundamento quo in simili dictum est, juramento non infirmati revocationem testamenti, videantur ibi dicta. Breviter, quia de natura mandati est, esse revocabile re integrè, juramentum autem non mutat naturam contractus, sed solum inducit obligationem ex religione. Ex eodem fundamento dicendum est, non valitutum pactum adjectum contractui de non revocando. ut bene notavit Bartolus in simili de Precario.

708. Quæres 3. An in omni mandato sufficiat ad illud enervandum, si revocatio innotescat mandatario. & In procuratore ad litem non sufficere, sed insuper necesse esse, ut innotescat & adversario, & Iudici, ut bene colligit glossa ex cap. 13. de procurat. [Mandato procuratoris post litem contestatam à domino revocato, si hoc ignorante iudice vel adversario factum fuerit, iudicium, quod idem quasi procurator postmodum expertus est, ratum esse debe-

bit.] Adverto autem, requiri, ut utrique, & adversario & Iudici innotescat, (ut patet ex textu ponente ignorantiam disjunctivam) quod non advertens Azorius dixit sufficere disjunctivè, si vel Iudex vel adversarius sciat. Hactenus de revocatione ex parte mandatoris.

De revocatione seu renuntiatione ex parte mandatarii, sic habet §. 11. l. h. t. [Mandatum non suscipere cuilibet liberum est: suscipit autem consummandum est, aut quam primum renuntiandum, ut per semetipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuntietur, ut integra causa mandatori reservetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet: nisi iusta causa intercesserit, aut non renuntiandi, aut intemptivè renuntiandi.]

709. QUÆRITUR 1. An possit mandatarius, re adhuc integrè, renuntiare ad libitum, absque eo quòd iustam causam habeat & allegare possit renuntiandi. & Quatinus plerique supponant affirmativam, reverè tamen, inspectis iuribus verior videtur negativa, per legem 27. §. 2. ff. h. t. ubi expresse requiritur, ut non possit mandatarius exequi, quod utique intelligendum est de impossibilitate morali, hæc est, ob difficultatem aliquam, quam si prævidisset, mandatum non acceptasset. [Qui mandatum suscepit, si potest id implere, deferere promissum officium non debet: alioquin quanti mandatoris interit damnabitur. Si verò NB. intelligi expere se id socium non posse, idipsum cum primùm poterit, debet mandatori nuntiare, ut is, si velit, alterius operè utatur.] Et ita sentiunt Andreas Gail. l. 1. ob. 46. n. 2. & Boecius n. 67. & 68. Unde inferunt, quòd si mandator nollet approbare causam renuntiandi, Iudex deberet de ea summarie cognoscere.

Obijci possent ex Harpprecht. Contrahentium debet eadem esse conditio: atqui mandatori concessum est semper pænitere re integrè: ergo & mandatario. & Distinguendo majorem: si contractus æqualiter utriusque gratiam & commodum spectet, transeat, si principalis alterius, qui commodo suo uti non tenetur, negatur. Sic autem se habet mandator, & non mandatarius, cujus gratia non sit principaliter mandatum.

Quod si quis communem & contrarium sententiam sequi velit, ad textum allatum respondere potest, eum loqui de renuntiatione intemptiva, quando nempe mandatum non potest tam facile alteri committi, quam vis absolute possit. Itaque

QUÆRITUR 2. An ex causis aliquibus possit mandatarius etiam intemptivè renuntiare. & Affirmativè, & huiusmodi esse supervenientem adversam valetudinem, inimicitias, infamationem, exilium, &c. l. 13. & duas segg. [Sanè si valetudinis adversariæ, vel ca-

pitium inimicitiarum, seu ob inanes rei actiones, seu ob aliam iustam causam exculationes alleget, audiendus est.]

§ II.

De dissolutione mandati per mortem alterutrius; & de aliis modis.

SUMMARIUM.

Quomodo morte dissolvatur mandatum. 710.

Quid si mandatarius mortem mandantis ignorans exequatur? eod.

Quid si mandatum in tempore mortis factum est. eod. Intellectus legis fin. ff. de solut. eod.

Quid si in rem ipsius mandatarii mandatum factum est. eod.

Officium Inquisitorum non expirat morte Pontificis. 711.

Nec Officium legati à latere missi ad Provinciam. 712.

Quid si alius prævenit. eod.

Quid si mandanti superveniat furor, re adhuc integrè. 713.

710. DE hoc dissolvendi modo sic Imperator §. 10. [Item si adhuc integro mandato mors alterutrius interveniat, id est, vel ejus qui mandaverit, vel illius qui mandatum suscepit, solvitur mandatum.] Ratio autem est eadem, ob quam diximus mortem solvi societatem, nempe quia eligitur certi hominis fides, & industria: addo specialem in mandato, quia per mortem solvitur amicitia, in qua fundatur mandatum.

Precedit autem assertio non solum de morte naturali, sed etiam de civili, ut in simili dictum de societate.

Procedit item communiter & per se loquendo, nam aliqui casus sunt excepti, saltem quoad aliquos effectus, de quibus jam.

Primo itaque, si mortem mandantis probabili ignorantia ignoret mandatarius, & postea negotium exequatur bonâ fide, perinde est, ac si vivo mandante fuisset executus. §. 10. l. h. t. ibi. [Sed utilitatis causâ receptum est: si eo mortuo qui tibi mandaverat, tu ignorans eum decessisse, executus fuerit mandatum, posse te agere mandati actione: alioquin iusta & probabilis ignorantia tibi damnum afferret.]

Secundò, si mandatum in tempore mortis factum est: v. g. ut sibi defuncto monumentum fieret, ut hæredibus suis aliqua res emeretur. l. 12. §. 17. ff. h. t. [Si ut post mortem sibi monumentum fieret, quis mandavit, hæres ejus poterit mandati agere. Illum verò qui mandatum

suscepit, si suâ pecuniâ fecit, puto agere mandati. & lege 13. Idem est, si mandavi tibi, ut post mortem meam hæredibus meis emerer fundum.] In his tamen casibus aliqui cum distinctione procedunt, ut leges legibus melius concordant: nempe si hæredum interit mandatum non finitur, quòd non finitur, si autem non interit, finitur. Ratio est, quia in favorem mandatarii & hæredum introductum est, ut morte mandantis mandatum finitur. Si ergo postius hæredum interit, non finitur, & etiam ipsius mandantis intentio fuit ne finiretur, noluerunt jura adducta finiri.

Hoc sensu intelligenda est lex fin. ff. de solut. & liberat. quæ alioquin videri possent rogantia loqui. [Ei qui mandato meo post mortem meam stipulatus est, rectè solvitur, quia talis est lex obligationis: ideoque etiam invito me rectè ei solvitur. Et autem, qui iusti debitorum meum post mortem meam solvere, non rectè solvitur: quia mandatum morte dissolvitur.] Sed, quæso, cur non etiam priore casu morte dissolvitur? Respondet VVurmferus Contr. 6. n. 16. in posteriore casu ideo non rectè solvi, quia morte mandantis solvitur mandatum, & interit hæredum, ut ipsis potius solutio fiat à Creditore (volebat scribere, Debitor) mandantis, quam mandatario. Priore verò casu lex obligationis facit, ut post mortem mandantis solvi possit mandatum, quia obligatio in eo incipit, & sic radicata est, ut ea mandatario etiam invito mandante fieri queat. Ità ille. Puto subintelligendum, quòd stipulatio facta sit adhuc vivo mandante, sed in tempore mortis ejusdem, & ita formatum casum glossa, alioquin idem dicendum esset in priore quod in posteriore casu, quia etiam hæredum interiret, ipsis potius solvi quam mandatio.

Tertio, volunt communiter Interpretés non solvi mandatum morte mandantis, quando in rem ipsius mandatarii mandatum factum est, seu quando constitutus est procurator in rem suam, dummodo sine hæredè decedat mandans. Afferuntur varia iura, in quibus ego non satis aperit id constitutum in venio, est tamen rationale, ut sic paris conditionis sint mandans & mandatarius.

711. Quarto, Officium Inquisitorum, quamvis sit à Romano Pontifice demandatum, non extinguitur ipsius Summi Pontificis obitu, & hoc favore Religionis & fidei. textus aperitur in cap. 10. de heret. in 6. [Ne aliqui devocionem sollicitam excitantes in dubium revocent, an officium Inquisitionis hæreticæ pravitatis sollicitudini vestra intra certos limites ab Apostolica sede commissum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit. Præsentem declaramus edito, ipsum officium non solum quoad negotia vivente mandatore incepta, imò etiam quoad integra & non expta, & quod plus est, quan.

quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerferant, in favorem fidei post committentis obitum perdurare.]

712. Quinto, non expirat per mortem Pontificis officium Legati à latere, missi ad aliquam provinciam. c. 2. de off. leg. in 6. ibi. *Presenti declaramus editio, commissum sibi à Prædecessore nostro Legationis officium nequaquam per ipsius obitum expirasse.*

Denique Romanus Conf. 119. & Covarruvias l. 1. var. resol. c. 14. n. 16. docent, non expirare morte mandantis mandatum factum in favorem causæ piæ. Sed quo jure id asserant, ignoro.

Illud hic non est omitendum, quando morte mandantis vel mandatarii executio plena mandati intercidit, pro ea parte quæ executioni mandata jam est, mandati actionem perdurare. l. 58. ff. h. t. [Si præcedente mandato Titium defenderas, quamvis mortuo eo, cum hoc ignorares, ego puto mandati actionem adversus heredem Titii competere: quia mandatum morte mandatoris non etiam mandati actio solvitur.] Et hæc de modo solvendi per mortem.

Alii modi constant ex dictis de dissolutione

aliorum contractuum, ut si mandatum sit conditionatum, vel ad diem, deficienti conditione, vel elapso die finitur.

Finitur etiam, seu evanescit, quando alius prævenit, & illud præstitit, quod mandatum erat. l. 8. §. 6. ff. h. t. ibi. [Cæterum si eundem hunc fundum ego ipse emi, vel alius mihi, neque interest aliquid, cessat mandati actio.]

713. Finitur denique furore mandanti superveniente, re adhuc integrâ. l. 47. ff. de acquir. hered. [Qui servum suum heredem institutum adire jussit, priusquam ille adiret, furiosus est factus, negavit, recte servum aditurum, quoniam non nisi voluntate domini acquiri hereditas potest, furiosi autem voluntas nulla est. & l. seq. Si quis alicui mandaverit, ut si existimaverit, peteret sibi bonorum possessionem, & postquam ille petiit, furere cæperit, nihilominus acquisita est ei bonorum possessio. Quodsi antequam ille petat, is qui mandavit petendam, furere cæperit, dicendum non est, statim etiam acquisitam bonorum possessionem: igitur bonorum possessionis petitio rati habitatione debet confirmari.]

In Germania unde colligendum, quod contractus sit potius commodatum quam mutuum. eod.

Definitio Commodati. 715.

Aliud est rerum mobilium, aliud immobilium.

716.

Ajud est tantum gratia commodatarii, aliud gratia ejus qui dat, aliud gratia utriusque. eod.

Si eadem individua res duobus commodetur, quomodo singuli obligentur. 717.

Intellectus legis 21. §. 1. ff. Commodati. eod.

714. **COMMODATI** Ethymologia secundum Azonem & alios glossatores derivatur ab eo, quod est *commodo datum alteri*. & gratis ad eo utendum certo modo.

Observandum autem hic est pro Germania, quod in hoc Idiome *Commodatum & Mutuum* eodem vocabulo exprimitur: *Entlehen*. Unde ad hoc ut colligatur, an fuerit celebratus contractus mutui, an commodati, attenditur materia. Si enim materia est fungibilis, ut pecunia numerata, vinum, frumentum, &c. vel quocumque consistens in pondere, numero aut mensura, tunc celebratum censetur mutuum, & est translatum dominium rei tradita. Si verò res non sit fungibilis, ut equus, domus, fundus, liber, &c. rursus attendendum est, an gratis deatur ad certum usum, vel an pro alio: si primum, erit commodatum: si secundum, iterum videndum est, an id quod datum, possit habere rationem mercedis, & quidem in aliquorum sententia, ut suo loco dictum, sola pecunia potest habere rationem mercedis, & constituere locationem conductionem, in aliorum autem sententia etiam alia: res fungibiles, & tunc erit locatio conductionis: si in re non habente rationem mercedis, erit contractus in nominatus, *facio ut des. v. g. indulgeo tibi equum ad tot dies, ut des mihi talem librum.*

715. **DEFINITUR** communiter. [Contractus re initus, nominatus, iuris gentium, bonæ fidei, quo res gratis, certum ad usum eâ lege conceditur, ut eadem ipsa in specie finito usu restituitur.] Colligitur hæc definitio ex sequentibus lurbus. Quod sit contractus nominatus, habetur ex lege 7. §. 1. ff. de pactis. [Conventiones Iurisgentium quæ pariant actiones, in suo nomine (i. e. pactis) non stant, sed transeunt in proprium nomen contractus: ut emptio, &c. commodatum.] Quod sit re initus habetur §. 2. l. Quib. mod. re. [Item is, cui res aliqua utenda datur, id est, commodatur, re obligatur, & tenetur comodati actione.] Quod sit bonæ fidei habetur §. 28. l. de act. ubi inter actiones bonæ fidei enumeratur actio commodati. Quod gratis fiat, habetur in fine §. 2. cit. ibi. [Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nullâ mercede acceptâ vel constitutâ res tibi utenda data est. Gratuitum enim debet esse Commodatum.] Per frequentia definitionis

verba distinguitur à Deposito, Pignore, Precario, Mutuo, ut ex dicendis in decursu constabit. Hinc Treutlerus post Cujacium non abhorret concedere, posse *Commodatum* dici Mutuum ad usum (quatenus idem in specie hoc est individuo) est restituendum) & e contra mutuum potest dici *Commodatum ad Absum*, quia consistit in re, quæ ipso usu consumitur, & solum in eodem genere est restituenda. Unde patet, non esse inconveniens, quod Germanicè Idiome eodem vocabulo utamur.

716. **DIVIDITUR** commodatum pluribus modis, qui tamen in sequentibus controversiis magis declarabuntur. Primum, ratione materie, aliud enim est rerum mobilium, aliud rerum immobilium: nam etiam in rebus immobilibus constitui potest. Deinde aliud est rerum incorporearum, aliud rerum incorporearum, ut servitium, v. e. g. &c.

DIVIDITUR 2. Ratione finis. Nam aliud est tantum gratia commodatarii, aliud gratia ejus tantum qui dat, ut si quis commodet aliquid sponsæ, vel uxori, quo compitior & ornatio eum deducatur, aliud gratia utriusque. Exempli afferentur in decursu.

TERTIO, dividitur ratione temporis. Aliud enim fit ad certum tempus expressum, ut si commodetur equus ad unam diem. Aliud ad certum tempus sed cum aliqua latitudine: ut si commodes mihi librum ad describendum.

QUARTO, dividitur in *Commodatum*, quo una individua res uni soli commodatur, & aliud quo res individua duobus vel pluribus commodatur. Quo casu

717. **QUERITUR** quomodo singuli obligentur. Dicendum est, obligari singulos in solidum, v. g. si duobus commodetur vehiculum: quilibet eorum poterit actione commodati in solidum conveniri. Sed uno convento si præstet quod debet, alter liberatur: singulis etiam convenit furti actio, prout eleganter explicatur l. 5. §. 15. ff. h. t. [Si duobus vehiculum commodatum sit, vel locatum simul, Cællus scribit, quæri posse, utrum uniusquisque eorum in solidum, an pro parte teneatur. Et ait, duorum omnium in solidum dominium vel possessionem esse non posse, nec quoniam partis corporis Dominum esse, sed totius corporis pro indiviso pro parte dominii habere (Philosophi dicent, partialitate suppositi, non obiecti) solum autem balnei quidem, vel porticulis, vel campi uniuscujusque in solidum esse, neque enim minus me uti, quod & alius uteretur. Verum in vehiculo commodato vel locato pro parte quidem effectu me usum habere: quia non omnia loca vehiculi teneam, sed esse verius ait, & dolum & culpam & diligentiam & custodiam ipsi totum me præstare debere: quare duo quodammodo rei habebuntur: & si alter conventus præstiterit, liberabit alterum: & ambobus competit furti actio, ut alterutro agente alterius actio contra

furem

CAPUT VII

DE

CONTRACTU COMMODATI, ET PRECARIO.

Absolutis Contractibus nominatis Bonæ fidei, qui solo consensu perficiuntur, accedimus ad illos Contractus qui re perfici dicuntur, & primo loco de Commodato, ac ob similitudinem etiam de Precario. De Commodato est in Digestis titulus 6. lib. 13. & in Codice titulus 23. lib. 4. In Institutis non existat titulus specialis, sed de eo habetur §. 2. Quibus modis re contrahatur obligatio. De Precario est in Digestis tit. 26. lib. 43. & in Cod. titulus 9. lib. 8. In Iure Canonico de Commodato est tit. 15. lib. 3. Existat quidem etiam titulus de Precariis lib. 3. tit. 14. Sed ut alibi monui, non accipitur hic pro precario ut est contractus civilis, sed in singulari dicitur Precario.

ria, quæ est contractus Iure civili incognitus, sed à Canonibus introductus, quo prædii Ecclesiastici usufructus remunerationis ergo alicui roganti conceditur ad certum tempus.

CONTROVERSIA I.

Quid, & quotuplex sit Commodatum.

ubi: quid iuris quando duobus eadem res commodatur.

SUMMARIUM.

Commodati Etymologia. 714.